

David Heinrich Köpken

**Natales Ferias, Serenissimi Atque Celsissimi Principis Ac Domini, Dni. Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Meklenburgici, Principis Vetustæ Gentis Henetæ ... Futuro XXVI. Novembris Die Felicissime Recurrentes Devotissime Celebratum Iri Indict ...**

Rostochi[i]: Typis Joh. Wepplingi[i], [1721]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1793530556>

Druck    Freier  Zugang



2°

Carle Leopold.

1713 - 1748.

Mkl f I

1926-4°



35 Blätter

Habg. f. I.  
1926.-40

NATALES FERIAS,  
SERENISSIMI ATQUE CELSISSIMI  
PRINCIPIS AC DOMINI,  
**DNI. CAROLI  
LEOPOLDI,**  
DUCIS REGNANTIS MEKLEN-  
BURGICI, PRINCIPIS VETUSTÆ GENTIS HE-  
NETÆ, SVERINI AC RACEBURGI, COMITIS  
item SVERINENSIS, TERRARUM ROSTOCHII  
ET STARGARDIÆ DYNASTÆ,  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS PATRONI ET  
CANCELLARII MAGNIFICENTISSIMI,  
DOMINI NOSTRI LONGE CLE-  
MENTISSIMI,

FUTURO XXVI. NOVEMBRIS DIE FELICISSIME RECURRENTES  
DEVOTISSIME CELEBRATUM IRI INDICAT,

ET  
AD EO MAJOREM ACTUS CELEBRITATEM, AC BENEVOLE AUDIENDAM  
ORATIONEM,

DE

*Singulari Observantia, Qvam*  
CELSISSIONIS DUCIBUS MEKLENBURGICIS,  
INCLITA LUBECENSIMUM RESPUBLICA

Sverini quotannis, die B. Martini Lutheri, solenni ritu  
testatam facit,

IN AUDITORIO MAJORE,

Inter Concentus Musicos habendam, & vota nuncupanda,

**MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM,**

Omnium Conciliorum Proceres Gravissimos, Præ-Nobilissimos Doctores, Verbi Divini  
Ministros fidelissimos, Artium & Philos. Magistros, ac Florentissimam  
Studiosorum Juvenum coronam, Omnesque Literatorum

Fautores Titulis suis Maxime conspicuos.

Omni, qua fas est, promptitudine ac humanitate

convocat & invitat  
**DAV. HENRICUS KOEPKENIUS,**

Phil. & Theol. Doct. & Prof. Duc. Publ. Ordin.

ROSTOCHI, Typis JON. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.

1724.



## Mo vero, magna pars hominum

terras incolentium ad iuperna caput erigit, cœlos suspectat, solem, lunam, totumque admirabile astrorum contubernium intuetur, & quicquid est longe pulcherrimi cœlestis spectaculi, quoisque illud oculis suis terminare potest, contemplatur, non tam eo animi proposito, ut Omnipotentem illorum omnium Conditorem tantis laudibus celebret, quantas mente concipere & verbis assequi possit, ut lucidissimis eorum radiis, quibus hæc inferiora collustrant, recte utatur, ut perpetuam præbitæ lucis puritatem, & inæstimabilem splendoris elegantiam indelassabili virtutis studio imitetur, ut constantem eorum harmoniam in civili societate, & quovis instituendo cum aliis commercio aemuletur, sed potius, ut gratam sibi suisque prosperitatem & suffragantem votis suis fortunam ab eis flagrante animi desiderio exspectet, & adversa quævis, ac imminentes difficiles casus, quos cœlestium orbium vi & tactu intercipi & impediri posse sperat, a se, & fortunis suis depelli atque propulsari anxie & sollicite velit. Sed ad ambeuntem nos cœli machinam ea cura & sollicitudine conversis recte objicitur, quod Thaleti in astrorum obtutu vultum defigenti, sed in foveam imprudentia prolabenti, à vetula quadam exprobratum fuit, quod *remota insuens domesticâ negligenter*. Etenim nimium quantum remota exsistit sortis humanæ dispositio à sidereis arcibus; omnisque vitæ nostræ conditio cœlestium corporum sphaeras prorsus excedit: non tantum, quia magnis intervallis ea absunt & disjunguntur ab his terrae spatiis, sed etiam, quia in res humanas illa non pollut efficacia. At ideo etiam longe ab omnibus remotissima ea debebat esse persuasio, quod non modo singulorum hominum & familiarum, sed etiam majorum societatum, amplissimarum urbium, quin late patentium & frequentissimarum gentium, & vigentis ubique fidei ac religionis origines & vicissitudines ab astris pendeant, eorumque virtute orientur & intereant, augescant & minuantur; quippe quam & sacræ literæ domesticam habere prohibent, & sana quoque ratio ut peregrinam, & ab omni certitudine & sperati eventus necessitate alienam negligendam esse dicitat.

Evidem illud haud gravate terri potest institutum; si quis à severioribus negotiis animum revocaturus, ad sublimia cœli fastigia prospiciat, & radiantium siderum positus consideret, investigaturus, si humana negotia ad cœli & siderum motus ulla ratione pertineant, quid ex eorum positu & concursu portendatur, & quid à vanis astrologiæ cultoribus, tametsi nullus intersit illorum nexus, velut necessario eventurum, ex eo denunciari possit. Seria tamen in eo locum non habere debet fiducia, nec certitudo ulla assertis vindicari, & imprudentioribus imponi oportet. Sed gravioribus adiuetis ne quidem per lusum, & ingenii causa suscepta ejusmodi opera complacuit. Quod ut exemplo declaremus, ad Serenissimum & Gloriosissimum Ducem Brunsvicensium, JULIUM, magnum purioris fidei & literarum omnis generis propagato

pagatorem provocabimus. Hujus Principis etate Brunsvicensium sacris præerat immortalis memoriam, & maximorum meritorum Theologus MARTINUS CHEMNITIUS, qui fastos (Kalendaria vulgo) conficiendi, & omnis Astrologiae peritia instructissimus erat, ita, ut cujusque fata per genituram ingeniose interpretari posset, qua etiam ratione multos magnates sibi conciliabat, eosque sibi reddebat faventissimos. Igitur, cum Celsissimus JULIUS in eo esset, ut Academiam Helmstadiensem erigeret, CHEMNITIUS forte alicui promiserat, quod constellationem illo die, quo initiandum esset hoc eruditiois domicilium collecturus esset; idque sine dubio animi tantum & oblationis causa recipiebat, cum illicitam aliam intentionem in tanto Theologo suspicari non possimus. Verum summus ille Princeps, literis CHEMNITIO scriptis festive, sed graviter simul significabat, potius redditus ad instituendæ Academiæ illius conservationem necessarios circumspiciendos esse, quoniam astra tantum inclinent, non vero necessitent. Vid. Ph. J. Rethmeyer's Braunschweigische Kirchen-Historte / Part. III. Cap. IIX. p. 184. & 416. sqq.

Jam, si nihil omnia cœli luminaria in actiones & fortunam hominis possunt, & quilibet eorum situs & constitutio nihil prorsus efficit, ad ingenii vitaque humanæ felicitatem aut infelicitatem: nulla quoque temporis, quod æquabilis cœlestium orbium motus committitur, erit efficientia, nihilque illud ad indolem & mores mortalium, ad prosperiorem aut asperiorum rerum fluxum, ad Societas aut ineundas ei colendas, aut turbandas & dissipandas conferet; nec ulla ejus duratio homini in se vel nocentius erit, vel benignius; sed cujusq; spatii & cujuslibet momenti, punctive eadam prorsus erit ratio. Nullum igitur dierum discriminem erit, nulla differentia, sed æquale cunctis merito statuetur pretium, quia æquales omnibus ex prima creatione adeo bonitas, nec alia pejor, alia melior, alia invidenter, alia faventior, alia perniciosior, alia indulgentior dici meretur. Quæcum ita sint, quorsum negotiosa illa, quæso, pertinuit distinctio, qua Romani alios albos dixerunt, alios atros, alios faustos, alios infaustos, religiosos, tristique omne infames atque impeditos, quibus & res divinas facere, & negotia aliqua obire non liceret? Et quid sibi vult inter alias quoque gentes plurimorum adeo sollicita dierum observatio, ut certis quibusdam opera sua demum perficere, alios autem silentio quasi transmittere maluerint? Quæcausa est, quod in iis etiam, qui Christianæ fidei addicti sunt, inveniantur, qui ex pluribus hos vel illos constituant, quibus præ cœteris res varias tractare velint, non quod operi faciendo commodiores sint, sed, quod iis operantes feliciori successu sese operaturos esse confidant? Si dicendum, quæcausa sit; vana & inanis imo nulla est.

Sed quamvis dierum in se consideratorum nulla sit differentia, nec ullum admitti possit discriminem; non reprehendi tamen poterit ea distinctio, qua dies variis casibus memorabiles, ab illis, qui minus iis, vel nullis etiam notabiles sunt, distinguuntur. Quin, ipse DEUS dies ita discernere homines edocuit; quod plurimis ex antiquitate sacra, si opus foret, probatum dari posset exemplis. Et certe multis ad vitam recte agendam, & virtutis stadium omni contentione decurrentum, efficacissimisque homines carerent excitamentis, si dies immissa divinitus tum publica, tum privata calamitate, & difficilioribus adversitatibus aliquando obscuratos negligentius habere, & sine pœnitente eorum recognitione, quibus severam Dei manum in se pertraxerunt, prætermittere vellent. Similiter, magnum pertinaciæ & pervicaciæ crimen admitteretur, si dies egregiis DEI beneficiis præ aliis insignes grata recordatione transigere, superfluum censeretur & supervacaneum. Atque adeo hoc mihi concedendum est magis, quod eximiā sane laudem promereatur posita in discriminandis ea ratione diebus industria, & quod, consentiente omnium voluntate, illa merito vigere & propagari debeat consuetudo, ut dies singularibus divinae providentiae notis insigniti solennius celebrentur.

Hæc

Hæc dum mehimi, ad ipsum illud, cuius grāfia hæc afferuntur, institutum respicio.  
Agitur adhuc nonus à Martio, qui Romanis quondam primus erat, mensis, & ad  
exiguum usque spatiū exactus jam est. Sed Novembris hujus aliquot dies tantis quondam  
divinæ benignitatis radiis illustrati sunt, ut à Terrarum Meklenburgicarum incolis merito di-  
stinguantur. Quis non incomparabili B. LUTHERI ministerio egregiam, ad doctrinæ & fidei  
emendationem, utilitatem allatam esse fateri debet, & cui ideo jucundus non est decimus hujus  
mensis dies, quo Vir ille Dei in lucem primum editus fuit? Sed hujus diei discretio & memoria  
non ad sōlos Meklenburgi incolas, sed ad omnes sine dubio spectabit, veritatis ab ipso tevocatæ  
studiosos. Attamen, idem hic dies à Meklenburgensibus notari meretur ob peculiarem Lubecen-  
sium obseruantiam Serenissimis Ducibus Meklenburgicis, festiva sane ratione, suerini quotannis de-  
clarari solitam, qua occasione Martinalia sacra solennius ibi celebrantur. Cujus quidem insti-  
tuti si vera ratio pateret, majoris forsitan beneficii memoriam refriceret. Dignus est, qui fre-  
quentiori cogitatione ab omnibus Meklenburgensibus recolatur duodecimus Novembris dies, cu-  
jus certe in remotissimis regionibus grata plurimis est observatio. Eo enim inestimabili Celsis-  
simorum Ducum Meklenburgensium opera, & coelesti auspicio, hoc omnigenæ eruditio[n]is Sa-  
crarium, hæc Academia Varno-Balthica erecta & constituta fuit.

Sed, ut celiori Magni cujusdam Principis prædio & patrocinio, hæc literaria civitas  
his temporibus niti & gaudere, imo, ut universæ Mecklenburgicæ regiones justo  
imperio administrari possent, recurrente mox XXVIto ejusdem hujus mensis die provisum  
fuit, quo Serenissimus atque Celsissimus Dominus, Dominus CAROLUS LEOPOL-  
DUS, Dux regnans Meklenburgiens, Dominus noster Clementissimus, mortali vita  
quondam donatus, in has luminis auras primum prodiit, & velut lucidissimum sidus radios splendi-  
dissimos non modo per Meklenburgicas ditiones, sed universum orbem circumferre coepit. Ut autem  
Serenissimus Princeps regio sanguine progenitam maximisque animi & corporis dotibus condexo-  
rattissimam Principem connubiali federe secum jungeret, & mellitissimi amoris suavitate regimi-  
nis curas, molestias & difficultates emolliret, regiamque Vandaliæ Ducum progeniem ad postre-  
nitatem propagaret, itidem mense hoc, & illius quidem IX. die sapientissime curatum fuit.  
Namque is Serenissimam & Celsissimam CATHARINAM IWANOWNAM, Angusti Russia  
Zaario & Statore genitam non in solius vastissimi Russici imperii, sed etiam in Meklenburgica-  
rum Terrarum gloriam & emolumentum, ante plurima lustra in mundi hujus aspectum protulit.

Fulgent hi dies sua luce, suo splendore, suis radiis, quibus ab aliis tantum distinguntur, quan-  
tum omnes jucundissima accensæ ab iis lucis usura, exhortari decet atque excitari. Universis in  
alterius exoptatissimi, non scilicet diei debita observatione nuper prævit Academia, nec segnius  
ad futuro felicissimo illo XXVIto Novembris die humillimi sui officiis partes obire gestit, faustis-  
simum Clementissimi Ducis ac Domini, Magnificentissimi, Patroni sui Natalem diem, qua potest  
celebritate exactura. Cum ergo mihi à Venerando Academiz Senatu ea data & imposita sit pro-  
vincia, ut instantie die illo communem omnium lætitiam explicem, & effusis ardentissimis preci-  
bus submississime efflagitcm, ut omnipotens rerum omnium Moderator Celsissimi Heros nostri  
Meklenburgici, & Patriæ Patris gloriosissimi, DOMINI CAROLI LEOPOLDI, salutem firmam  
stabilem, perpetuam esse. & ad summum felicitatis culmen ascendere jubeat; ut Celsissimam  
CATHARINAM IWANOWNAM indesinenti gratiæ suæ præsidio tueri velit, & benignissimæ  
huic Patri Matriæ illasam prosperitatem & mille gaudia concedat, ut Serenissimæ Principi filiæ,  
DOROTHEÆ ELISABETHÆ exoptabilem quemvis florem conciliet, ut calidissima omnium vota  
& spem proferendi mox Principis Filii & confirmet & impleat; instituto geniali discursu, de argu-  
mento jam significato partes impositas, quas forte explore non potero, omni tamen sollicitudine ve-  
nerabundus obire alabarabo. Quo magis omnes ad cultum, fidem & obsequium Sereniss. Duci Regnantè  
se obligatos esse sentiunt, eo affluentius, eo cupidius, eo flagrantius suas nostris preces omnes merito  
sociabunt. Qua spe Magnificum Dominum Rectorem & splendidissimos omnium Ordinum &  
Collegiorum Proceres, Pra-Nobilissimos Doctores, Verbi Divini Interpretes fidelissimos,  
Artium Magistros Praclarissimos, efflorescentemq; in spem publicam Studiosorum

Juvenum coronam, Omnesq; Literarum Fautores,  
ut celebritatem nostram honorifica sua præsentia angere velint, officiōfissime  
humanissimeque invito.

P. P. die XXIV<sup>to</sup> Nov. Anno MDCCXXI.







m provocabimus. Hujus Principis ætate Brunsvicensium sacris immortalis memoriæ, & maximorum meritorum Theologus *MAR-HEMNITIUS*, qui fastos (Kalendaria vulgo) conficiendi, & omnis Astro-ritia instructissimus erat, ita, ut cujusque fata per genituram inge-interpretari posset, qua etiam ratione multos magnates sibi concilia-sque sibi reddebat faventissimos. Igitur, cum Celsissimus *JULIUS* et, ut Academiam Helmstadiensem erigeret, *CHEMNITIUS* forte alicui rat, quod constellationem illo die, quo initiandum esset hoc eru-domicilium collecturus esset; idque sine dubio animi tantum & ionis causa recipiebat, cum illicitam aliam intentionem in tanto go suspicari non possimus. Verum summus ille Princeps, literis *CHE-SCRIPTIS* festive, sed graviter simul significabat, potius redditus ad insti-Academiæ illius conservationem necessarios circumspiciendos esse, *astra tantum inclinent*, non vero necessent. Vid. Ph. J. Rethmeyeri *Schweigische Kirchen-Historie* / Part. III. Cap. IIIX. p. 184. & 416. sqq.

Sam, si nihil omnia coeli luminaria in actiones & fortunam hominis, & quilibet eorum situs & constitutio nihil prorsus efficit, ad intæque humanæ felicitatem aut infelicitatem: nulla quoque temp-od æquabilis cœlestium orbium motus commetitur, erit efficientia, e illud ad indolem & mores mortalium, ad prosperiorem aut asperio-um fluxum, ad Societas aut ineundas ei colendas, aut turbandas & das conferet; nec ulla ejus duratio homini in se vel nocentius erit, ignius; sed cujusq; spatii & cujuslibet momenti, punctive eadam proratio. Nullum igitur dierum discriminem erit, nulla differentia, sed cunctis merito statuetur pretium, quia æquales omnibus ex prima

ne adest bonitas, nec alia pejor, alia melior, alia invidenter, alia

or, alia perniciosior, alia indulgentior dici meretur. Quæ cum ita

uorsum negotiosa illa, quæso, pertinuit distinctio, qua Romani alias

xerunt, alias atros, alias faustos, alias infaustos, religiosos, tristique

infames atque impeditos, quibus & res divinas facere, & negotia

ceret? Et quid sibi vult inter alias quoque gentes plu-

icitia dierum observatio, ut certis quibusdam opera sua

llios autem silentio quasi transmittere maluerint? Quæ cau-

etiam, qui Christianæ fidei addicti sunt, inveniantur, qui

el illos constituent, quibus præ cœteris res varias tracta-

od operi faciendo commodiores sint, sed, quod iis operan-

Iu sepe operaturos esse confidant § Si dicendum, quæ cau-

nis imo nulla est.

mvvis dierum in se consideratorum nulla sit differentia,

possit discriminem; non reprehendi tamen poterit ea di-

variis casibus memorabiles, ab illis, qui minus iis, vel

les sunt, distinguuntur. Quin, ipse DEUS dies ita discer-

cuit; quod plurimis ex antiquitate sacra, si opus foret,

let exemplis. Et certe multis ad vitam recte agendam, &

mini contentione decurrentum, efficacissimisque homi-

numentis, si dies immissa divinitus tum publica, tum privata

ciliорibus adversitatibus aliquando obscuratos negligentius

cenitente eorum recogitatione, quibus severam Dei ma-

erunt, prætermittere vellent. Similiter, magnum per-

ciæ crimen admireretur, si dies egregiis DEI beneficiis

grata recordatione transigere, superfluum censeretur & su-

tque adeo hoc mihi concedendum est magis, quod exi-

n promereatur posita in discriminandis ea ratione diebus

od, consentiente omnium voluntate, illa merito vigere &

consuetudo, ut dies singularibus divinæ providentiæ notis

celebrentur.

Hæc

